



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

19. An Magistri artis digladiatoriæ, vulgò dicti Schermidori, possint illam docere in diebus festivis? Ex p. 4. t. 4. & Misc. r. 230.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

refractum totius diei pars vigesima quarta, non appetet nimis, nec multum impedit finem praecepti, qui est cultus Dei. Ergo, salvo semper meliori iudicio, eum qui per spatum diuarum horarum, in diebus festiū seruilia exerceret, ratione paruitatis materiae, excusarem a peccato mortali. Nam paruitas materiae, excusans et mortali, non absoluere, & secundum se, sed respicit ad totam materiam praeceptam, spectanda est, ut nota Sanchez in sum. lib. 1. cap. 4 n. 18. At spatiū diuarum horarum, licet confederatum secundum se, videatur tempus notabile, & magnum, non ita tamen videtur, respetuē, & in ordine ad totam materiam praeceptam vnius diei. Ergo, qui per duas horas laboraret, ratione paruitatis materiae non peccabit.

Et post hæc scripta inueni etiam *Fillire. in suis quæst. mor. 2. tract. 27. cap. 11. n. 205.* docere hanc sententiam.

## RESOL. XVII.

*An in diebus festiū detur paruitas materia in ordine ad opera seruilia?*  
Et an vendere calceos, vel alia huiusmodi diebus festiū sit materia gravis ad peccatum?  
Et quid est dicendum, si res vendita esset magni momenti, & venditio aliqua solemnitate celebretur, etiam si brevi tempore fit, an sit hoc peccatum mortale: quod a fortiori militat in qualibet actu iudicij? Ex part. 5. tract. 5. Resol. 6.

§. 1. R espondeo affirmatiue, & ad hoc dubium relinquent Marchantius in *q. pistoria. c. 3. q. 2. vbi sic ait.* Quæres quantum temporis requiratur ut quis dicatur notabili tempore in die festo, opus seruile excusile? Respondeo, alij dicunt, quatuor horas, alij vero duas. Ego ut minimum requiremunt ad peccatum mortale, quia conferi debet pars notabilis dies: vnde aliqui tertiam, vel quartam diei partem requirent. Ita ille. Sed ego alibi cum multis Doctoribus decreui hoc tempus non esse extendendum ultra duas horas. Imò Castrus Palau *tom. 1. tract. 9. disp. 2. punct. 3. n. 4.* putat si duabus horis labori incumbatur, materiam esse gravem, & peccatum mortale committi. Sed si dictum spatiū non excedas, putto, ut dixi, non esse materiam gravem. Vnde Ioannes Henriquez in *comp. cas. moral. c. 7. num. 4.* sic ait. [Trabax das horas en dia de fiesta es pecado venial por ser poco el tiempo, però si pasasse das horas, sera pecado mortal.] Sic ille. Alij vero Doctores de hac materia differentes, sunt Suarez de Relig. *tom. 1. lib. 2. de festis. c. 31. n. 2.* Sanchez in *sum. tom. 1. lib. 1. c. 4. in apud. tom. 2. lib. 5. c. 2. dub. 30. numer. 4.* Azorius *lib. 1. tom. 2. cap. 28. quæst. 4.* Fagundez *pr. 1. lib. 1. c. 14. n. 2.* & alii penes ipsos.

2. Non definiam tamen hic adnotare, quod in operibus forensibus, & judicialibus, quæ sunt speciali iure prohibita, materia gravis sumenda est non ex quantitate temporis insumpti, sed ex qualitate operis, nam si res vendita esset magni momenti, & venditio solemnitas aliqua celebraretur, etiam si brevi tempore fieret, esset mortale, quod a fortiori militat in qualibet actu iudicij, siquidem negari non potest habere de se gravem deformitatem, quod iudex afficiat actum iustum & nullum. Si vero ventilio minoris esset momenti, ut vendere calceos, vel alia huiusmodi, iam confitudo obtinere non esse gracie peccatum, & sapere nullum, ob necessitatē vendentium, & ementium, neque eam iustum erat, ut vendentes merces denegarent agricolis, & alii die feriato concurrenti-

*Tom. VII.*

bus, quia ex tali denegatione gracie damnum patentur, & ita docet Castrus Palau *vbi supra n. 5.*

## RESOL. XVIII.

*An piscatio, aucupatio, & venatio sint licite in diebus festis?*

*Et an iter agere sit opus seruile sine pedibus, sine equo fiat.*

*Et an ex confuetudine viatores excusentur a peccato?*  
Et notatur, quod non sunt opera seruilia quadam agitationes corporis, que in saltationibus, choreis, & tripudii consistunt, unde talia opera sunt licita in diebus festis non ratione confuetudinis, sed quia per se opera liberalia sunt. Ex p. 4. tract. 4. & Milc. *Rel. 222.*

§. 1. P rima sententia docet talia opera esse liberalia, si ob recreationem in diebus festiū sunt, sive vero seruilia, si ob lucrum, & quantum. Ita docet Angelus, Sylvestris, Rosella, Tabiena Armilla, & Pilanella; quos refutat, Azorius *part. 2. lib. 1. c. 27. quæst. 7.* & ideo in c. licet, de feriis, ex dispensatione conceditur piscatio diebus festis.

2. Secunda sententia afferit per se venationem, & pincionem esse opus seruile; sum enim actiones ad vsum corporis, & ipsius utilitatem pertinentes. Ita Suarez de Religio *tom. 1. lib. 2. de festis. cap. 28. num. 3.* Fagundez de *præcept. Eccles. lib. 1. cap. 11. num. 16.* verum ratione confuetudinem putat Suarez *num. 5.* Fagundez *num. 17.* licet venari; negant tamen de pinciatione adesse talem confuetudinem, nisi ob urgentem, & speciale necessitatem ac proinde licita non est, iuxta dict. cap. licet. Verum, his non obstantibus ex necessitatibus Iacobus Granado in *2. 2. D. Thoma contrat. 3. tract. 12. disput. 4. sect. 7. num. 65.* ex Nauarro, Medina, & Lopez docet, venationem ferarum non esse opus seruile, & prohibitum in die festo; licet sit proprius lucrum; & illam solam pincionem esse opus seruile, quæ sit deferendo retia, remigando, & similiem laborem exercendo: Sed Fillicius *tom. 2. tract. 27. cap. 9. num. 172.* & in hoc dubio distinguunt, & afferunt, venationem, & pincionem ob recreationem, quæ in industria posita sit, volucrum, & similium accedit ad opus liberum, & non est prohibita in die festo; secus autem dicendum est de venatione, & pincione ex officio, & quæ tota posita sit in corporis defatigatione.

3. Notandum est etiam hic obiter Cajetanum in *2. 2. quæst. 122. art. 4.* Sotum de *iustitia lib. 2. quæst. 4. art. 4. §. Tertiū genus,* & alios docere, quod iter agere sit opus seruile; confuetudinem tam in excusari viatores: sed non esse opus seruile, sine pedibus, sine equo fiat, tradit Angelus *ver. feria num. 15.* Rosella *num. 26.* Azorius *part. 2. lib. 1. cap. 27. quæst. 8.* Suarez de Relig. *tom. 1. lib. 2. de festis. cap. 27. num. 2.* & alii communiter; qui iter agere left de se a actio naturalis consistens in quadam corporis situatione, atque exercitatione, & ideo opus liberale, non seruile est; tunc neque erunt opera seruilia quadam agitationes corporis, que in saltationibus, choreis, & tripudii consistunt, unde talia opera sunt licita in diebus festis, non ratione confuetudinis, sed quia per se opera liberalia sunt.

## RESOL. XIX.

*An Magistri artis digladiatoriae, vulgo dicti Schemidoris,*

F

## Tractatus Quintus.

338

Schemidori, possint illam docere in diebus festiis?  
Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 230.

**§. 1.** **N**egatiu sententia potest suaderi, quia talis actio videtur mere corporalis, laboriosa, & circa effectus corporis omnino existens. Item est usus artis mechanicae; ergo tanquam opus seruile erit in diebus festiis prohibitus: & ideo Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. de festis, cap. 28. num. 8. afferit, ceteri artifices mechanici, qui docent usum amorum: & ita etiam tenent fagundez, & Palau vbi infra, ab solute & per se loquendo, quibus etiam adde Filiiucum tom. 2. tract. 27. cap. 9. num. 175.

2. Verum contraria sententia tuerit Iacobus Granado in 2. 2. D. Thome controvers. 3. tract. 12. disp. 4. sect. 7. num. 67. vbi tenet, docere exercitium, & usum armorum, non minus liberale esse, quam docere saltationem, aut pulsationem citharae, quod non est mechanicum: & ita, ait ille, haec omnia in die festo licent. Adeo quod Fagundez part. 2. lib. 1. cap. 11. num. 2. & Castrus Palau tom. 2. disp. 2. de observatione festorum, punt. 5. num. 11. obseruant, quod iam consuetudine receptum est iuuenos diebus Dominicis, & festiis artem digladiatorium discere: quia electo discatur usus, & exercito operis seruilius ob necessitatem Reipublicae, cui maximè conuenit iuuenes exercitatos in prælio habere: permittitur videntibus, & contentientibus Praelatis. Sed ego absolu sentio cum Granado, dictam artem non esse mechanicam, ac priude illam docere absolute, & per se in diebus festiis licitam esse, etiam consuetudine seclusa, quod etiam confirmatur ex auctoritate Doctorum afferentium.

\* Quæ hic tium bellum ex se non esse opus seruile: vnde docent, est infra in vt usum est \* in superiori resolutione, prælitionem, tr. 7. Ref. 42. etiam extra necessitatem, esse licitam in diebus festiis.

## RESOL. XX.

An Typographiam, & picturam in diebus festiis exercere sit licitum?

Et notatur Sartores in diebus festiis conficientes vestes pro aliquo funere, &c. & Thonores tendentes, & domicellæ conficientes, vel alio modo laborantes non peccare,

Et an iuramenta iudicia sunt probita in die festo?

Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 62.

Sup. hoc pro **§. 1.** **H**ic casus est curiosus, & nouus, & de illo à Typographis in tom. 4. tr. 6. Ref. 31. §. vlt. interrogatus fui; & tunc affirmatiu sententiam temui, licet illam consulere non fuerint auctor, nullum enim pro me Doctorem habebant; nunc verò illam inuenio docere Homobonus de Bonis in consultat. cas. conscient. vol. 1. part. 2. respons. 34. & Paulum Layman in Theol. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 3. vbi sic ait. Existimo Pictores damnari non posse si postquam rei diuinæ satisfecerunt, artem suam sine scandalo exercerent. Idemque iudicium esto de Typographis charæcteres ordinantibus; ipsa verò librorum impressio seruile opus est. Ita ille, & ergo. Nec enim prædicta opera seruilia sunt illicita, quod ob lucrum & mercedem exerceantur, nam hoc per accidens se habet.

Sup. hoc ma. **2.** Notandum est etiam hic obiter primò, Homogis late in Ref. seq. §. bonum vbi supra respons. 36. excusare tonores tendentes in diebus festiis ex occasione cessantis lucri, quoniam aliis diebus ob laborum occupationes tendendi non accidunt, nec potest Episcopus prohibere alioqui in festo licita causa necessitatis, vt pietatis. Ita ille.

3. Nota etiam secundò Layman loco citato num. 6. probabile esse existimat cum Caietano in 2. quæst. 122. art. 4. iuramenta in die festo prohibita non esse nisi iudicia.

4. Nota tertio cum codem Layman cap. 7. num. 2. sartores non peccare, si in diebus festiis conficiant vestes vel alia pro aliquo funere, & interdum exco. ventur cum post medium noctis festo de labore obser- guntur ut vestes promissas perficiant.

5. Nota quartò exculari à peccato pueras & don- micellas in festo suentes, vel alio modo laborantes, ad fugendum otium hoc faciunt, & ne ad dominum faciat nefrasse confiendas exhibeant. Ita Homobonus lacit. respons. 35. & Sylvester ver. Dominica, quæf. 1. ditto 3. licet Suarez de Relig. tom. 1. lib. 1. c. 16. & 4. & Comitolus in resp. lib. 4. q. 37. contrarium ferant.

## RESOL. XXI.

Solent Rustici inter se in diebus festiis, vel cum dominis celebrare contractus, queritur, an Notarij, & ipsi contrahentes sine peccato possint hoc facere?

Item queritur, an usus tonsorum sit licitus quod festiis diebus tendent omnes que ad frumentum accedunt?

Eo notatus, quod Summus Pontifex indulxit in die festo pescationem haliecum, que uno annuo tempore transire solent.

Et an similiter idem dicendum sit de pescatione dum rum pescium, qui simili modo certo anno tempore concurrunt.

Et an etiam idem dicendum erit de quoniam alio loco transitorio, quomodolibet repente occurrente? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 34.

**§. 1.** **V**ox primus respondet, discrepare in dicitur se Doctores, an iuramentum extrajudiciale sit die festo licitum, vel prohibitum. Nam affirmativæ respondet Abb. in c. 1. de feriis mon. §.... & clariss. cap. vlt. num. 18. cum Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 30. num. 17. & Molchon in sum. tom. 1. tract. 11. c. 17. num. 51. & ita habet consuetudo, vt non fiant contractus in diebus festis, nisi & licentia Episcopi. Nihilominus Catt. in 2. 2. quæst. 122. art. 4. ait, prohibitionem cap. 1. de feriis, intelligendam esse de iuramento solemniter in iudicio praestando. Et probari posset, tum quia textus iuxta subiectam materiam, videatur loqui de iudicialibus actionibus, tum quia alias omnia iuramentum ex eo solùm, quod in festo sit, est speciale peccatum: hoc autem est absurdum. Ergo.

2. Vnde secundum hanc opinionem Caietani, si absit scandalum, non peccant Notarij, qui in diebus festis celebrant rusticorum contractus; & hanc sententiam Caietani probabile putat nouissimè Layman in Theol. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 8. sicut & ego etiam puto; Rodriguez tom. 1. cap. 122. num. 3. & Philarch. tom. 1. punct. 1. lib. 3. cap. 23. illos à peccato excusant ratione necessitatis, nam rusticæ in profecti non adiungit in ciuitate & ob similem causam, ait Suarez vbi supra, n. 25. in parvis oppidis solent iudicia litigantium in felicitate permitti, quia in profestis non adiungit rusticani, & agyorum.

3. Quoad secundum de tonsoribus dico, ratione parvitas materie non peccare si barbam unius, vel unius alterius radant, vt notat Graffius dec. awr. part. 1. lib. 1. cap. 23. n. 17. Nauar. cap. 13. n. 9. Vega 1608. cap. 114.